



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

V. Quia est ejus Thronus, Sceptrum & Purpura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

Hanc sanctam Virginem designabat Berfabee Mater Salomonis 3. Reg. 7. cui non solum assurrexit Salomon, sed *positus est thronus Matri Regis, que sedit ad dexteram eius.* Hanc Esther cap. 2. Quam dilexit Assuerus super omnes mulieres, & posuit diademata Regni in capite eius: Idque in tantum, ut cant. 8. scribitur *innixa super dilectum suum,* non jam supra ancillas. Hinc s. Hieron. in cap. 1. Marci vocat illam Principem cum Deo. Et Bernard. serm. 1. de Assumpt. ait: Sicut nullus in terris locus dignior fuerat uteri Virginalis templo; ita nec in cælis est Regali folio, in quo Mariam Mariæ Filius sublimavit.

5. Quia est ejus Thronus, Sceptra, & Purpura.

Christi Domini Regnum Angelus Luc. 1. ostendit esse in Domo David, sed quærum David Rex fuerat? Paralip. 1. *Convenerunt ad eum omnes masti, afflicti, ære alicuius graves & regnavit super eos.* Sceptra Christi est Virgo, sed in Domo David, ad quem iensum videtur respexisse S. Joseph Confessor *relatus in Menæa Græcorum 25. Julij:* ubi Virginem affatur. Intaminata Virgo planè est, ipsum Domini sceptrum super se omnes admiratione dignissimum, me de laqueis exime adversarij dolosissimi.

Per Arcam veterem figurabatur Virgo, quæ inter cætera continebat Virgam, quæ Christi D. sceptrum fuit, ita psalmus 109. *Virgam virtutis sue emittet Dominus in Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* Sed hæc Virga fuit simul cum Manna ut juxta Psal. 22. consolationi esset. In idem recidit quod dixit Hugo Cavenfis in Psal. 109.

Significata est Maria per Virgam Assueri de qua Esther 8. dicitur; quod extendi contra eam *Virgam auream,* & hoc fuit *signum clementie.* Sic Deus B. Virginem nobis dedit ut ipsa mediante gratiam ejus inveniremus, & ulterius accommodè hic dicitur potest cuius peccatori quod dictum Estheri 15. *Accede & tange sceptrum,* sed à sceptro ad purpuram ducit *Alcuinus lib. 3. de Trinit.* Sicut Conchylis sanguinem lanam suscepit, ut purpura ex eadem lana imperiali Majestati tantummodo digna fiat, quæ nullus alius induitur, nisi augustâ præditus dignitate: ita Spiritus S. superveniens in B. Virginem, Virtute Altissimi obumbravit eam, ut lana fieret Divinitate purpurata solummodo æterno Imperatori indui dignissima.

Quod Thronum atinet, non solum ut s. Athanasius 25. Dec. apud Surian. Thronus Dei per Virginem Mariam figurabatur, ut apud s. August. de Assumpt. dicitur. Facta Thronus Dei & Aula Regis æterni. Sed & s. Ildofons. serm. 3. de Assumpt. ait: Facta est Thronus quæ fuerat in carne templum Divinitatis.

6. Quia proxima Christo Domino in gloria.

Hanc gloriam nostræ Virginis descripsit Angelus in serm. quem dictavit s. Brigitta cap. 4. Intuebantur quoque (ab origine mundi Angeli) in illo Benedicto s. Felice